



1. Boch f. Friderici Samuelis / diff. De Notione
Immensitatis Dei amplificanda Com-
ticipatione magnitudinis Mundi.
Regionenti 1766. Autor G. C. Recens.
2. Bode f. Christophorus Augustus / Protevan-
geliu Generes Cap: 111 Vers: XX. Helm-
stadt 1763.
3. Boehmer f. D. philip Adolph: / programma, de
Christo filio Dominicis, Halle 1765.
4. ——— programma, addita est illustratio
addita est illustratio Loci 1 Corinthi 21, vers, 51,
Halle 1766.
5. ——— programma in Commentationem ad
Illustrationem Actuum Apostolorum, 1766.
6. Buchner f. D. Andreæ Eliæ / programma in
diem natalem Christi, Halle 1768.
7. Carrack f. Ioh: Tob: / programma paracleti
Appellatione Spiritui Sancto tributa,
Halle 1769.

FRIDERICIANAE REGIAE HALLENSIS ACADEMIAE
PRORECTOR
**D. PHILIPPVS ADOLPHVS
BOEHMER**

MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.
ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEM QVE IMPERIAL. PETROPOL:

NEC NON REG. BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR. SODALIS

CVM

D I R E C T O R E

ET

ACADEMICO SENATV RELIQVO

AESTVMATISSIMIS CIVIBVS SVIS

CHRISTIANA QVINQVAGESIMALIA SACRA
PIE CELEBRANDA COMMENDAT.

PRAEMITTITVR COMMENTATIO

QVAE

AD ILLVSTRATIONEM LIBRI,

QVI

ACTVS APOSTOLORVM INSCRIBITVR,

QVAEDAM EX HISTORIA REPETIT.




HALAE,

EX OFFICINA BEYERIANA;

TRINITY COLLEGE LIBRARY CAMBRIDGE
PROFESSOR
D. J. F. TAYLOR
BONN

AV



Cum tulerit inde ab antiquiori tempore vulgata per
latinas (1) plures ecclesias consuetudo, ut *Actus*
Apostolorum inde a *Dominico Paschae* vsque ad *Pente-*
costen publice praegerentur: vsum fuit eius rei
causam arque originem paulo diligentius, ut per
huius scriptoris breuitatem licet, requirere, atque ex vetustiori historia,
nisi densae obstant tenebrae, quaedam breuiter repere, quae non so-
lent esse notissima. Itaque primo loco notamus, hos *Actus Apostolorum*
non a cunctis olim ecclesiis statim in numero canonorum librorum ha-
bitos fuisse. *Gnosticorum* omnes familiae, *Marcionitae*, *Valentiniani*,
Seueriani, cum *Tatiano*, et *Manichaei*, rejecerunt istum librum; de qua-
re *Tertulliani*, *Irenaei*, *Eusebii*, *Augustini*, aliorumque luculentis te-
stimoniis satis hodie inter omnes constat, nec opus est illorum auctorum

A 2

de

(1) *Wettsteinus* ad *Auctor.* I. collegit *Augustini* plura loca, *Ambrosii* eriam, *Leonis* et alio-
rum. Posteriora per tempora *lettiones Auctorum Apostolicorum* fuerunt q9. vel 51. (pro-
numero dierum) quum *Eutbaianus* tantum XVI. adhuc commemoreret. De latina eccl-
esiā add. *Durandus Rational.* lib. VI. de prima dominica post Pascha; in prima quin-
tua legitur *Apollonius*, (*Pauli epistole*) et *Actus apostolorum* etc.

❧

de hac re sententias verbosius describere. Scimus adeo *Leucium* siue *Lucanum* aliquem, *Marcionis* successorem, alias *actus Petri* Apostolorumque ostentasse, qui cum diuersa ipsorum disciplina facilius conuenirent. Hi iudem *Gnostici Pauli* epistolas partim omnino reiecerunt, partim considerant et decurtarunt; alieni scilicet ab illa *epistola* et miti lenitate, qua *Paulus Iudeis*, et moribus et opinionibus, si res sic ferret, non nihil concedebat, e Veteri testamento et testimonis et loquendi modis saepe eorum in gratiam vsus. Haec *curiositas* Gnosticis plane non probabatur, qui πνευμα τε κοτυρι τετε tantum in libris V. T. (si Iudei interpres ipsi audirentur) reperiebant, atque carnalia omnia; solebant igitur iudaicarum opinionum imperfectionem et malignitatem ad Christianos, qui πνευμα et τελειοτητα sequi deberent, transferri, et mentis meliorem indolem ipsis πτωχοις σωζεσιοις impediri. Γνωστι enim et πνευμα solebant maxime collaudare, arque cognoscendis rerum λογοις praecipuum dare operam, plebem imperitam, quod insanabilis sit ingenii, quasi adspersati; (2) domestico enim quodam vitio adspectabilis mundi apparatum, *Palaestinae* eriam et orbis ceteri pacatum regnum, inter spei minus liberalis adjumenta eam referre solere. Hic si meminerimus Iudeos iam ante Christi tempora in varias sectas opinandi varietate abiisse, arque graecos maxime Iudeos non paucos, *Alexandriae* praecipue, a graecorum libris ηθωνις alienos non fuisse, quemadmodum et *Pharisei* non tam Hebraicorum librorum litteralem sensum, quam allegorias et μυστικα ηθωνια (quod vel *Iosephi* exemplo constat, initio Antiquitatum etc.) amabant: statuemus de *Gnosticorum* decretis haud paulo mitius, quam solent fere ii omnes, qui *Catholicorum* nomine vti solent. Numero igitur longe inferiores fuerunt *Gnostici* Christiani, et in illa paucitate honori locum quae sierunt, nec multitudini, ad suam societatem adscindae, dederunt praecipue operam; vti potius ista adeo libertate, vt Christi illam omnem historiam studiofis commentis ita mutarent arque exornarent, vti putabant venustioribus melius conuenire ingenii. Vi detur

(2) Legat, si quis velit, vel *Epitomen Clementinam*, §. 149. 150. ibi scriptor *Clementem* iudat, qui et gentibus placere studuerit, et *Iudeos*; his praecipue, quod eorum legem diuinam esse doceret, non desturam; nec πολιτειας eorum ablatum iri, sed *Palaestinam* fore illis perpetuam haereditatrem etc. Hic liber satis verutus est; de *Gnosticis* autem satis constat, eos ita studia adeo non in Iudeos contulisse, vt legem a spiritu mundi prouenisse statuerunt.

¶ ¶ ¶

detur autem et illud accessisse, quod Apostolorum ecclesiae, quod ad formam et societatem externam attinet, haud obscurae imitarentur *Syndrium*, et Synagogam Iudaicam, cui subesse nolebant; religionis longe aliam et meliorem, si placet, indolem meditati. Itaque facile potest intelligi, cur Gnostici reiecerint *Actus Apostolorum*, cum huius libri atque Apostolorum, cum Iudeis sic versantium, a *Catholicis* iam ad eos procederetur autoritas.

Si paulo minus obscura esset huius libri historia, et certius constaret, de tempore et loco, quo fuit editus: haud dubie etiam occasio contentions, de varia libri auctoritate, posset adhuc luculentius a nobis perspici. Dabimus igitur aliquam ei rei, licet breviter, operam. Auctoris, *Lucae*, (quod contractum est, ex *Lucanus*, &c.) nomen ipsum originem refert ad *latinam* linguam; *Pauli* comes fuit *Lucas* in ministerio *ei* τα ἐθν, *Romae* etiam cum eo versatus. Nemo ignorat, *Antiochiae*, Luca teste, *Christianorum* nomen ortum fuisse. Non iam otium est aut animus, longo ordine recensere eorum scriptiones, qui de origine huius nominis tam multi, suo quisque modo, verbosius plerique, quam luculenter commentati sunt. Ad rem illud nobis videtur maxime pertinere: Romanum *Syrae* praesidem *Antiochiae* praeципue versatum (3) fuisse; atque *Romani* magistratus beneficio haud dubie Christians, (qui iam e Romanis ibi colligebantur,) *Antiochiae* praesidium contra Iudeorum, per Palaestinam et alias per vrbes tumultus, satis tutum iuuenisse. *Lucae* adeo narratio, Auctor XI, 19. seqq. satisclare rem confirmat; ex Hierosolymis prophetae *Antiochiam* descendenterunt, quasi ad Christians religionis, qua *ei* τα ἐθν propaganda erat, domicilium iam et metropolin; ex hac vrbe *Paulus* et *Barnabas* mittuntur, cap. 13, 1. 2. Postea, cum latius prolata esset ecclesia, atque *Romae* etiam locum stabilem iuueniret, licet huius rei atque historiae primordia nondum satis pateant: facile est ad credendum, *Romae* iam praeincipuum religionis domicilium fuisse, atque Syro Romanam quasi ecclesiam, *Petri* et *Pauli* meritis laetus floruisse, vti Hierosolymitana ratione temporis prima fuerat. *Petrus* certe et ipse *Antiochiae* fuit, Galat. 2, 11. de qua re *Lucas* nihil

A 3

narr-

(3) In Clementinis istis libris ideo narratur, (Epitome eadem §. 143.) Praesidem *Antiochia* Petrum ad Tiberium mississe imperatorem etc. Numi *Antiochenorum*, qui *Vari* et aliorum praesidium nomina ostendunt, rem satis confirmant. Add. Recognit. lib. 10.

¶ ¶ ¶

narravit; quod si supererent quidam libri, (*περιόδοι πράξεων Κηγυμας Πέτρου*) &c. quos solent antiquiores quidam non raro excitare: haud dubie reperiemus de ista omni causa plura, cum jam fere omnia ignoremus. Inter Syros tamen vel fabula (4) non deest, per Petrum, Iohannem et Paulum, qui subuenierit his prudentior adjuror, Euangellum Antiochiae locum stabilem inuenisse. Atque de Antiocheno Petri cathedra fuit olim satis vulgata sententia; quae forte ex *περιόδοις seu Recognitionibus Clementis*, (5) disseminata fuit. Iam, si certo satis sciremus locum, ubi primum prodierint actus et Euangellum (6): facile perspici posset, qui factum sit, ut per latinas ecclesias *actorum* liber publice longo tempore ante solearet praegredi, quam in aliis ecclesiis. Atque hic illud videtur non esse negligendum, partim, quod fuit olim quorundam opinio, *Clementem* (7) Romanum, auctorem esse *Actorum*; de qua re videtur et *Chrysostomus* admonere.

(4) Vid. *Aesepani* biblioth. orientalem Tomo I. pag. 332. Sermo (nomine Iacobi episcopi Saragicensis) ex Apocryphis Apostolorum periodis: de urbe Antiochia, quomodo converta est per praedicationem Simonis, apostolorum principis, Iannis, atque Pauli.

(5) *Περιόδοι Petri et Recognitiones Clementis* librum eundem esse et *Cotelerius et Graebius* non sine verisimilitudine statuant. *Doctrina, διδαχη et οὐγγῆς Petri*, idem similius liber; utrique iam fine seculi primi, secundi certe initio, iam extiterunt; atque poterit forte iam tandem effici, utrum *Romae* ista *Clementina* omnia primum in lucem prodierint, inde *Alexandriam* satis citro transmissa; an vero *Alexandriae*, unde Romanæ allata fuerint.

(6) Cum ad eundem *Theophilum* scribat Lucas, videtur ex eodem etiam loco scripsisse. Non desunt antiqua testimonia, quae *Alexandriam* nominant; *Syriaca* adeo translatio Euangeli ita finitur: *Euangelium Lucae, Euangelitae, quod protulit et euangelizavit graece in Alexandria magna; ita et graeci quidam codices regii parientes, vid. Cotelerium ad patres Apostol. pag. 383. edit. Clerici. Adde B. amjibrii Remarques in Acta pag. 172; arabica versio habet, actus a Luca in Urbe Macedonia scriptos fuisse, i. e. Macedonicae originis, Alexandria, Hasipio interprete. Auctor lexici Syriaci cuiusdam, Bar Babul, *Theophilum*, cui Lucas inscripsit suis commentarios, vult fuisse Alexandrinum christianum. Syri igitur ignorant, *Lucam Antiochianam* scripsisse.*

(7) *Auctor Homiliæ in adlectionem I. C. et in principium *Actorum*, Tomo 3. Montfaucon. edit. pag. 764. πολλοὶ εἰς πολλὰ καὶ διάφορα διεμετρῶσσιν ἐρώτεις οἱ μὲν εἰτορεῖς, οἱ Κληρον., οἱ Ρωμαῖοι γενιτρίζει, alii, quod Barnabas, alii, quod Lucas auctor sit. Repetamus hic et illud, Tertullianum Epistola ad Hebraeos auctorem Barnabam cum quibusdam aliis ferre; quam alexandrinum olim alii Clementi Romano, alii Lucae (quoniam si placet ex Hebreo interpretibus) rubuebant. Vel ita in obscura re consensus, videtur non nihil historiae, licet nondum satis excusasse, confinere. Clemens alex. (sed nominis indicio *Romanus* item originis), certe et illis *Clementinis* scriptioribus et *Actis* apostolorum Lucae saepe vitur. Quod autem initio Euangeli Lucae narratur, multos iam huius generis historias de I. C. edidisse, in nullam prouinciam melius convenit, quam Aegyptum; hic *Gnosticorum* multæ scriptiones lucem fere primam videunt, *Romanum* inde delatae.*

monere, initio commentarii, (multos ignorare er librum et *auctorem*, qui scripsit); partim, quod in *Constitutionibus Apostolorum* huius libri nulla sit mentio, in *canone* autem Apost. 85. praeponuntur *Clementis* 2. Epistola et *Constitutiones* Apostolorum, ita ut postremo demum loco acta re- censeantur, omissa plane *Apocalypse*: inde enim patet, auctorem *Constitu- tionum* nondum vidisse *Actus*; aliter de *Simone Mago* et *Petro* haud paulo meliore narrationem compoñuisse. Contra, postquam *Acta* *Lucae Romae* innouerunt, rejecti sunt *Clementini* isti libri, mansit tamen me- moria *Petri* de Roma, ut ibi narrabatur, eximis meriti. Itaque nec *Antiochiae* scripta fuerunt *Acta*, (de qua ne nec veterum quisquam ali- quid perhibet;) nec *Romae*, aliter istas scripturas *Clementinas* sine seculi primi aur initio secundi configendi deerat opportunitas. *Tertullianus* au- tem, *Acta* (quae ex Aegypto iam divulgabantur) iam defendit aduersus *Marcionem*; et *Clemens*, alexandrinus, ex iis non raro repetit testimonia. Pertinet autem et illud ad libri historiam, quod *Chrysostomus* scribit, hoc πατέρεσσαν ὁ νομός κελεύει, *Patrum lex* jubet, post Pentecosten seponi librum (*Actorum*); atque eius lectionem ita disponendam esse, ut τῷ τε- λεῖ της ἐργῆς ταῦτης eriam libri huius praelectio finiatur. Ecquos igitur patres *Chrysostomus* hic innuit? Aut quo nam tempore coepit ista con- fuetudo antiquae traditionis, quam cum *latinis* aliis *Augustinus* in memo- riam reuocat? Si concilia, quae solent leges ecclesiasticas ferre, repetamus, inuenimus quidem canone graeco ultimo *Laudicensis* (8) concilii, *Actus Apostolorum* recenseri inter libros, qui publice in ecclesia le- gendi sint; sed canonem 60. omisit *Dionysius* exiguus in sua editione, qui et additus esse videtur canonii LIX, ut explicatius describeretur hic canon; qui vult *solas libros* Veteris et Novi Testamenti praelegi. Accedit autem et illud, quod isto canone *de tempore* nihil definitum sit, *Chrysostomus* autem de ea *lege patrum* loquatur, quae iubeat, *Actorum* Apostol. lectionem cum Pentecoste finiri. Itaque licuerit forte in eam ire sententiam, qua statuatur *Chrysostomus* a latina, a *Romana*, ecclesia hanc legem similiter transtulisse, quemadmodum istam, (diem XXV. decem- bris

(8) De tempore huius concilii parum constat; probabilius tamen a *Pagio* post *Petrum de Marca*, designatur anno 363. (vid. criticam ad annum 314. n. XXV.) longius adhuc ab *Harduino* reuicitur, post annum 370.

❧ ❧ ❧

bris memoriae nati Christi sacram esse) a Romanis in Antiochenam ecclesiam translatam fuisse, ipse commemorat. (9)

Sed sufficit nostro consilio ista breviter exposuisse. Superest, vt Vos, ciues aestumatissimi, exhortemur, ne segniorem pieratem et religiōnem istos per dies publice sacros prae vobis feratis, quam fuit christianorum antiquiorum. Etsi enim populi praecepit in gratiam festi dies olim solebant institui, quibus rerum tempore Christi atque Apostolorum gestarum insigniorum instaurari queat frugifera commemoratio: tamen vel ii christiani, qui minus adiuc sunt imperfecti atque *μητροι*, eodem amore, quo in deum filiumque eius Christum, feruntur, alias studiosissime amplectuntur, atque omnia diligenter cauent, quae impedimenti et scandali loco aliis esse possint. Igitur diuini spiritus prouinciam ingenuam et ipsi experiamur, semper innouandi atque perficiendi spiritu mentis nostrae, et ad alios, vt possumus, exemplo nostro adiuuemus; eis *ὑπεργων* quasi euecti, quae est *Origenis* (10), *Gregorii*, *Nysseni*, aliorumque liberalium interpretum frugifera admonitionis; et *μεν τελειοι* semper *ἐν τοις λογοις οὐτες και τοις ἐργοις, και τοις διανοησις τα τη φυτει κυρια λογις θεος*, semper in eius versantur diebus, semper agunt festos dies; confessientes nempe in caelstibus. Itaque, quemadmodum Apostoli, ascendamus in superiore locum, orationi vacantes, vt nanciscamur et ipsi e caelo descendenter vehementiam illam spiritus, qui vi sua delet omnem malitiam; vt similiter partem diuinioris linguae aliorum hominum in commoda adhibere queamus. P. P. Halae d. XVII. Maji 1766.

(9) Vide locum Chrysostomi apud Rich. Montacuteum in analectis ecclesiasticarum exercitationum; Exercit. XI. sectione 4. pag. 385. seqq. *Chrysostomus* etiam alibi *Romanica*, monumenta de cenu Augusti, appellat; e. c. Homilia in naratione D. N. I. C. Tomo 2. edit. *Montfauc.* pag. 358. *latino nomine adeo usus, τοις ἀρχαιοις τοις δημοσιοις και παροις καθηδηι την Ρωμα, ιερωνικης, επιστης* etc. cui liber veteres publice prostantes codices, Romana in irbe, adire etc.

(10) Vid. *Origenem* lib. VIII. contra *Celsum* n. 22. si quis obijciat ea, quae diebus festis, dominicis, lentecoffert, fieri apud nos solent: respondentum est, perfectum christianum, qui verbis et cogitationibus cum *Verbo*, natura sua domino deo, versatur, semper esse in Christi diebus etc. *Gregor. Nyssen.* Sermo de spiritu S. ap. *Zacagnum* in collectaneis monumetorum eccles. græc. p. 349. similiter: fieri non potest, vt Spiritus S. pariceps fiat, nisi in subliniori vita versetur, την ὑπεργων την τινα τινα εἰδικιτα-


78 L 1708



Sb.

Hil. 100.





Farbkarte #13

B.I.G.



FRIDERICIANAE REGIAE HALLENSIS ACADEMIAE
PRORECTOR
D. PHILIPPVS ADOLPHVS
BOEHMER
MED. ANAT. ET CHIRVRG. P. P. ORDINAR.
ACAD. CAESAR. NAT. CVRIOS. ITEM QVE IMPERIAL. PETROPOL:
NEC NON REG. BEROL. SCIENT. ET PARIS. CHIRVRGOR. SODALIS

CVM
D I R E C T O R E
ET

ACADEMICO SENATV RELIQUO
AESTVMATISSIMIS CIVIBVS SVIS
CHRISTIANA QVINQVAGESIMALIA SACRA
PIE CELEBRANDA COMMENDAT.

PRAEMITTITVR COMMENTATIO

QVAE

AD ILLUSTRATIONEM LIBRI,

QVI

ACTVS APOSTOLORVM INSCRIBITVR,
QVAEDAM EX HISTORIA REPETIT.

HALAE,

EX OFFICINA BEYERIANA.

